 redierūt ad ciuitatē p̄missum pa-
 tris ibidē expectāte s. Dicit ergo

discipul? ille que diligebat ih̄s
petro) Ponitur hic manifesta
domini recognicio. Tanguntur
hic tria. scz amantis recognico.
petri ad dnm festinaco et alioru
discipulorum matura puencao.
Dicit ergo: discipul? que dilige
bat ih̄sus: noscens dominu. qa
vbi amor ibi ocul? Cantico. iij.
Vulnerasti cor meū in vno oculo
rū tuoz. hoc est in cōcordi oculo
rū tuoz ad me cōuersione Joh̄.
em̄ vt dicit Aug? . cōtemplacōez
signat q̄ acia? videt. petr? autē
auditiuz signat q̄ dno in traken
dis et colligedis et eligedis pisci
b? occupat ab plura distribitur
nec lipide vnu qd̄ tamē desiderat
subtilit̄ cōsiderat. hoc est ergo qd̄
ioh̄es acius videt q̄ petr? tamen
vnu et idē diligit Joh̄es familia
ri? Petrus autē seruicius et vn?
in cōtemplacōe veritatis et alter i
effectu virtutis sicut i principio
hui? libri determinatū est (Dns
est) qz domin? est nomē potesta
tis vt dicit Amb. p̄ ptatem i mi
raculo pisciū hic est manifestat?
Wester. xij. Indicōne tua cūcta
sunt posita dñs vniuersoz tu es
(symon petrus) at sp̄ feruid? i
hijs que dñi sunt (Cuz audisset
qz domin? ē) et p̄ miraculū pisciū
aduertisset signum ptatis dñe
(tunica fucāxit se) q̄ significat
fidem et cōuersionē ecclie. (Erat ei
nud?) hoc ē nudalijs in trula et

femoralib? vestitus que vtutes
naturales signant (et misit se in
mare) vt acius venir? qz nauigi
um pondere rethiūm tardiorē ha
bebat motuz Math. xiiij. dñe si
tu es iube me venire ad te super
aquas Ille em̄ qui plenitudinē
habz ptatis nō vna nauī vtitur
hoc est ecclia vna. s̄ totū mundū
gubernat et ido sine aliqua nauī
venit. (Alij at̄ discipuli) cū ma
tura festinacōe (nauigio venēr)
designātes q̄ hñ q̄ in ptē solli
tudinis vocati sunt singulares et
limitatas habent ptates et nō su
p̄ totū mare ambulāt. hui? aut
tangit causā dicens (Nō em̄ lon
ge erāt a terra) vbi piscabantur
signantes. qz in predicacōe non
p̄funda exaltata a terrenis intel
lectibus dicēda sunt p̄pter qd̄ eā
am dominus terrenis rebus cele
stia comparauit p̄. Corinth. iij.
Non potui vobis loqui quasi spi
ritualibus. sed quasi carnalib?
tanq̄ paruulis in xp̄o lac vobis
potum dedi non escam Rō. decio.
Prope est verbum in ore et in cor
de tuo hoc est verbum fidei quod
predicam? Deut. tricesimo Pro
pe ē vbu in ore et i corde tuo (Et
quasi cubitis ducentis) Cubit?
est mensura humani brachij. br̄
chium est super quod signatur
dilectus Canticorum octauo. po
ne me sicut signaculum super cor
tuum et super brachium tuum.

brachiū eciā est quo nos ample
 xat eccie spōsus **Can. ij.** Leua ei?
 sub capite meo et dextera illi? am
 plexabit me et ideo significat mē
 suā virtutis caritatis in dilectō
 ne dei et p̄ximi extēsam in decalo
 gū p̄ceptoz et deductā ad q̄drū
 quatuor v̄tutū cardinaliū. qz cē
 tenari? est quadrat? numer? suz
 gens ex denario **Trahere** ergo re
 t̄he p̄ ducētos cubitos est trahē
 re p̄ duo mādāta caritatis in de
 nario opacois et q̄tuor v̄tutib?
 hec em̄ de faciendis p̄cipue sūt p̄
 dicanda. pisces p̄cipue sic trahē
 sunt q̄ sp̄m̄ vitalem accipiūt in
 aquis baptisim̄ **Gen. p̄.** Sp̄s
 d̄ni ferebat sup̄ aquas. alia trāsl
 latio habet fouebat aquas. qz
 sp̄s sanct? vim suā sup̄ aquas
 effudit vt vitales sp̄m̄ cōcipet in
 regenerādis **Ezech. xlviij.** Omnia
 ad que pueneit torres viuēt (vt
 ergo descenderūt in terrā) hic ter
 cio suā demonstrat passionē et pas
 sionis vtilitatē et hoc est qd̄ dicit
 vt ergo: hoc est post q̄p̄ ascēderūt
 de maris altitudine: in terrā: soli
 ditatis eterne p̄ mentis cōsideraci
 onē **Ecc̄. p̄.** Generacō p̄terit et
 generacō aduenit. terra autē ine
 ternū stat: stabilitatē significās
 eterne vite celestis in v̄tute et vei
 tate eccie. p̄s. **D̄m̄** est terra et plei
 tudo eius. Quicqd̄ em̄ aliud est
 in mūdo instabilitate fluctuat et
 natat submersum in voluptate.

Aba c. p̄. Facies h̄is q̄si pisces
 maris et velut reptilia nō haben
 tia ducē. sic ergo mētis sp̄ialis
 cōsideracōe de fluidib? instabil? se
 cūli descēdentis ad eccie in fide et
 veritate et virtute stabilitatē (vi
 derūt) s̄ctispir̄t? illuminacōne
 (prunas) ad s̄ram miraculo dei
 facte sunt ibi prunes ardētes et pi
 scis assus supposit? est et hoc est
 qd̄ dicit: **Viderūt prunas:** calorē
 caritatis xp̄i signantes **Provb.**
xxv. Rō. xij. Carbones ignis con
 geres sup̄ caput eius. hoc est b̄n
 ficia ex caritate impensa q̄ eciā
 inimicos ad caritatis accēdūt af
 fectum. p̄s. **Quid** detur tibi aut
 quid apponat tibi ad linguā do
 losaz? **Sagitte** potē. acu. aī car
 bo. de so. h̄ij carbones vastāt et de
 solant ōne qd̄ est caritati contra
 riu. **Cant. viij.** Aque multe nō
 potuerūt extinguere caritatē dei.
Lu. xij. Ignem veni mittere i ter
 rā quid volo nisi vt accendatur
 (positas) hoc ē ordinatas ad ca
 lesfaciendū **Ysa. xliij.** Calefact?
 sum vidi focum. p̄s. **Nō** est q̄ se
 abscondat a calore eius (et piscē)
 dulcissimū de aquis baptisim̄ q̄s
 sanctificauit et quib? vim regene
 ratuā contulit xp̄m videlicet ex cari
 tate p̄ nobis passuz et ex calore ca
 ritatis in cibū excoctū et passione
 extostū. p̄s. **Ossa** mea sic cremiū
 aruerūt. alia trāslatio **Ossa** mea
 sic in cōfitorio confixa sūt. fixa

autē et crementa in suis intrinsecis humoribus sunt assata sicut christus in humore pietatis sue et misericordie in passione et calore pietatis assus est Exod. xij. Non comedetis ex eo crudum quod nec coctum aqua sed assum tamen igni. hic est piscis dulcissimus quem pater celestis filius se petentibus porrigit Lu. xi. Si petierit piscem a patre celesti nunquid pro pisce porrigit ei serpentem? quasi dicat non sed potius dabit simplicius in passione assati per caritatem dulcissimam preparationem. hunc ergo piscem viderunt (superpositum) hoc est ad fumendum dispositum et exhibitum Luce vicesimo secundo. Ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus ut edatis et bibatis supra mensam in regno meo Sapientie nono. Sapientia posuit sibi mensam (et panem) sacramenti qui cor hominis confirmat Psal. Panem angelorum manducauit homo. Item ex adipe frumenti faciat te. et de hoc supra de primo tercio plura dicta sunt (dixit eis ihesus) hic quarto officij predicacionis dat auctoritatem et conuersorum describit salutem. littera enim omnibus patet (Afferte) ad beatitudinis gloriam: afferte ad refectorem angelorum sanctorum letitiam Psal. Afferte domino gloriam et honorem: afferte domino gloriae nomini eius (de piscibus)

dulcissimis aqua lotis et ad carboes caritatis excodis Eze. xlvij. Erant pisces multi satis (quos) sagena predicacionis (predicistis nunc) tempore gratie. Iher. xvi. Mitta eis piscatores multos et piscabunt eos sic ante impauit dominus (ascendit) super altitudinem maris et se et sua ponens in periculo (symon petrus) vterque et fumus apostolorum qui piscari venerat et omnes alios ad piscandum sua vocat auctoritate. ps. Veni in altitudinem maris et tempestas dimisit me. hic nichil horum verit? (traxit retia) labore suo retia predicacionis et doctrine (in terra) soliditatis et stabilitatis vite et ne (plenum magnum piscibus) quam virtute magnum et sanctitate Ro. viij. quos iustificauit illos et magnificauit (Centum quinquaginta tribus) quia centenarij ex denario in se ducto surgens ut primo quodlibet mandatum formet forma virtutis et secundum consilio domino diffinit et tertio ad legem dei regulat et quarto fiat subordinata potestate celesti et quinto inuicibilis perficiat vigorem et sexto dignitate altitudinis retineat ita ut in nullo la parte ceruicibus et scabellaribus conculcandis appropinquet et septimo cum omni tranquillitate per intercessionem deum illi infideat et octavo splendore veritatis in ipso refulgeat et nono ardore caritatis illud deo offerat et decimo ab ipso deo odore et forma gratie accipiat et sic per

omnia bona celi multiplicat? dena-
 rius operu centenarij accipiat q
 draturā **Quinquagenari?** autē re-
 missiois numer? est dum nostri
 qnqz sēl? oia sū sua delcābilia
 ad decalogū referūtur vt sic dicitur
Baruch-iiij. sicut fuerūt sen-
 sus nostri vt puocarem? deum-
 decies tm̄ ouertentes requiram?
 cū **Dic** em̄ in om̄i p̄cepto nichil
 videm? nisi decore dīne pulchri-
 tudinis- nichil audiem? nisi so-
 nū dīne laudis- nichil olfacim?
 nisi odorē opinionis- nichil gu-
 stam? nisi dulcediem bonitatis
 diuine nichil tāgem? nisi solidi-
 tatē dīne veritatis. **Tria** autē ad
 fidē referunt dimitatis qz etiā in
 dīna q humana natura q eadem
 manēte tres inuocam? p̄sonas q
 i vnico dño nostro ih̄u xp̄o tres
 uenēamur s̄bas q sic ret̄e plenū
 ē magnis piscib? cētū qnqz ginta
 tribus **(Et cū tanti eēt) nūero q**
 q̄ntitate **(nō est scissum ret̄e)** p
 hereses q scissmata ret̄e veritatis
 doct̄ie q vnitatis ecciāsticē- s̄ cō-
 tra hoc dicit **Luc. v.** vbi d̄r **Rūpe-**
batur autē ret̄e eoz **A**dhuc at
 ones istipisces electi sūt q **Mat. x**
iiij. dicit **Q**z simile est regnū celo-
 rū sagene in mari misse. **A**dhuc
 autē **Lu. v.** d̄r q anuerūt socijs
 qui erant in alia nau vt iuu arēt
 eos- hoc autē hic nō dicit **A**d h̄
 q familia dicēdum ē sūm glō- q
 piscacio q determinat **Luce. v.** q

Math. xiiij. signat p̄dicacōez fi-
 dei ad eccliam p̄sentē ad fidem q̄
 tum ad numez fidelū qz multi
 sūt de hoc ret̄e exeūtes p scissma-
 ta q hereses q̄s p̄curant- ideo ibi
 dicit qz rumpebat eoz ret̄e- pri-
 ma **Cor. xi.** **O**portz hereses eē vt
 hij qui p̄bati sūt maifesti fiāt
 in vobis. **Math. xviiij.** **N**ecē est
 vt veniāt scād alax autē h̄i per
 quē scandalū venit. **E**t qz etiā cō-
 tra tales sepe fit indigēcia l̄rato-
 rum q potentū in seculi potēcia
 ideo inuit socijs in alia nau gu-
 bernatis vt iuuent eos vel vt di-
 sputacōe l̄ratoria cōuincant- vel
 potēcia seculari cōp̄mantur. **L̄ra-**
ti em̄ q potētes quasi in alia nau
 sūt- qz ecclia hūilitate q simplici-
 tate xp̄i gubernat subiectos- pri-
 ma **Cor. p̄.** **V**idete vocacōez v̄rāz
 fratres qz nō multi sapiētes iter-
 vos nō multi potentes nō multi
 nobiles **I**ta em̄ **Math. xiiij.** **A**d
 numez fidelium colligit bonos q
 malos fideles **T**ptū p̄. **C**onfitēt
 se nosse deum factis autē negant
Et ideo i vltimo examine iudicij
 multi de sic captis foras mittun-
 tur q eiciūtur. **B**oni autē in va-
 sa eterne b̄titudinis tanq̄ in mā-
 siones pr̄is colligūtur **I**ta autē
 piscacio final captos signat ad
 p̄petue glorie stabilitatē q ad lit-
 tus etermitatis extractos- qz pt?
 hanc piscacōez null? vnq̄ ap̄lo-
 rū ad piscandū redijt- q ideo oēs

electi et nulli eieci sunt et nulle scilicet
surre post hoc penitus procurade
erunt nec egent adiutoribus quia
omnes secuti sunt in beatitudine
confirmati hoc est ergo quod di-
cit: Centūquinquagintatribus:
Yūdo us autem dicit quod in maiori
illo non sunt nisi centūquinqua-
gintatria genera piscium et de quo-
libet genere piscium aliquis fuit
comprehensus sed hoc probare es-
set difficile et hoc ideo non appro-
batur (Dicit eis ihesus) Uic et i-
quinta et ultima particula sue re-
surrectionis ostendit veritatem
per prandium quod cum discipu-
lis suis fecit dicuntur autem hic
tria scilicet ad prandendum inui-
tatio discreta domini cognitio et
domini in argumento apostolis
consuetudo secundum veritatem demon-
stratio dicit ergo (Venite prande-
te) prandium enim quasi prandium
dicitur quoniam pauperum et refectio
nem de se et de gaudio conuersorum
Matth. xxij. Ecce prandium meum
paravi thauri mei et altaria mea
occisa sunt et omnia pata thauri
celestia ruminantes siue thauri
celestes colentes rura celestia mi-
tires signant occisos per virtute
altaria contemplantur in veritatis
contemplatione et omnia pata vni-
uersitatem signant electorum que pa-
ta sunt ad refectioem sanctorum
Venite ergo prandete. Psal. Pa-
rausti in dulcedine tua pauperi de

us Apoc. xix. Beati qui ad cenam
nuptiarum agni vocati sunt Cant.
quinto. Comedite amici et bibite
et iebriamini carissimi (et nemo
audebat) tangit discreta domini cog-
nitio Quod autem dicit: nemo aude-
bat: non fuit propter austeritatem sed
propter reuerencie autoritatem et pro-
pter cognitiois certitudinem Iher.
xxxi. Non docebit vnusquisque pro-
ximum suum et vir fratrem suum dicens
cognosce dominum (discubitu) ad
prandium (interrogare eum) quia non
oportebat vbi enim est veritas be-
nigne et apte exhibitam nulla opus
est interrogacione Io. xvi. Ecce nunc
pala loquor et puerbiis nullum di-
cis nunc scimus quia scis omnia et non est
tibi opus ut quis te interroget (tu
quis es) cum filicio et reuerencia multa
sedebant attendentes in eum (scien-
tes) certa cognitioe (quod dominus
est) cum cum metu et reuerencia oportet
intendere Job. xij. Veniamus
placenter deo cum metu et re-
uerencia Phil. ij. Cum reuerencia
salutem vestram (et venit ihesus) sig-
num est consuetum in quo sue resur-
rectionis demonstrat veritatem dicit
ergo: et venit: Postquam alios in
discubitu mensis disposuerat et or-
dinauerat Luce duodecimo. Tra-
siens ministrabat illis tunc ego
ut dominus et paterfamilias venit
ad mensam discubitu in capite (et)
non consuetudo (accepit) in manibus dei-
tati dicitis (panem) quem suo ibidem

miraculo p̄pauerat **Mat̄. xvi.** panem de celo p̄stitisti eis sine labore h̄ntem in se òne delectamētuz et òne sapore suauitatis (et dedit eis) fractū distribuendo **Mat̄. xxv.** Dedit vnicuiq; s̄m p̄pnam virtutē (et pisces similit̄) in dulcedine interne refectōis sic patz p̄ antedicta et comedit cū eis. sic dicit **Luc. xxiii.** **Q** postq̄ cū eis comedit et bibit fumes reliquias dedit eis. hac ergo pt̄ate comedē di sue resurrectōis demōstrauit veritatē. **S**ed obiact̄ hic q̄ abis egere est corpis animalis s̄ i resurrectōe nō erūt corpa aialia s̄ gloriosa abis nō egēcia. videtur ergo q̄ veritatē non demōstrauit resurrectōis. s̄ pot̄ vitā cuiusdā resuscitacōis post quā iterum eēt moriturus. **A**d hoc autē dicenduz q̄ in māducaōe vt dicit **Aug.** duo attēduntur scz potestas nature et indigēcia ad depdicōis restauracōez ordinata. pt̄as ergo māducādi de veritate nature est et h̄ac dñs demōstrauit manducando. **I**ndigēcia autē ad animalitatē corpis ptinet et illā dñs non habuit post resurrectōez. **S**ed tūc querit̄ quid de cibo illo ē sc̄m ex quo corpi ad restauracōez nō est vnitus. **A**d hoc autē itez r̄ndit **Aug.** dicens **A**lter absorbz aquā terra ficiens et alit̄ radius solis calēs. illa indigēcia. iste potēcia et sic vult q̄ animalia corpo

ra cibos attrahūt ex indigēcia vt terra ficiens **S**pūalia autē et gloriosa faciūt ea euaporare in aerez sic radi⁹ solis calens et de hoc **Luc. xxiii.** et **Mat̄. x.** satis dem̄ est. (**H**oc iā tercio.) hic tangit̄ isti⁹ apparicōis ad alias cōpacio et h̄ est qd̄ dicit̄: hoc iam tercio: dicit̄ glō. ad numer⁹ dierū in quib⁹ ē manifestat⁹ referē. vñ licz p̄mo die plures manifestat⁹ est tam̄ vna dicit̄ apparicō illa qz eodem die ad cōsolacōez discipuloz est facta. **S**ecūda autēz fuit post dies octo qm̄ manifestat⁹ est ad fidei et veritatis cōfirmacōez et hic tercio qm̄ manifestat⁹ in plenitudine pt̄atis et licz plures apparuit. tñ iohes in h̄is euāgeliū t̄minat. qz sufficiat̄ ista triplex maifestacio ad cōsolacōem et veritatē et pt̄atez. **D**eut. xix. **I**n ore duorum vel trium stabit òne verbū. sic ergo iam tercio (manifestat⁹ ē ille **fus**) vt saluator cōsolans et veritas fidem fundās vt pt̄ate plen⁹ suis pt̄atem et autoritatis pleitudinē cōferens (discipulis suis) q̄ testes eius eēt ad ònes. **A**ctuz **x.** **D**edit eū manifestū fieri nō oī populo. s̄ testib⁹ p̄ordiat̄ a dō id est nobis q̄ māducauim⁹ et bibim⁹ cū eo postq̄ r̄surrexit a mortuis. (**C**ū resurrexissz a mortuis) sic p̄misit **Mat. xxvi.** **P**ostq̄ at̄ resurrexero p̄cedā vs in galileā. **S**ed q̄ritur quare resurgēs dñs

non cōtinue mansit cum discipul'
sed modo se maifestauit. modo
aspectum sue presencie subtraxit
Et ad hoc dicit Crisostomus sic
quia subtraxit se aspectui illo
rum aliquādo vt auidius quere
retur et quehitus ardenius ama
retur et amatus insigni? et deuo
cius veneraetur **Augustinus** au
tem dicit qd subtrahendo se pau
latim aliam vitam esse q̄ istam
docuit que spū essz querēda et nō
in pñcia corpali p̄ficienda sed i
caritate spūs ad deum qui vbiqz
est. vñ **Jo. xvi.** Expedi vobis vt
ego vadā n̄ em abiero p̄chitus
nō veniet ad v̄s. **ij. Cor. v.** nos
ex hoc neminē nouim? s̄m carnē
et si agnouim? s̄m carnem xpm
sed nūc iam nō cognouim? spū
al ei dilectō et si qñqz p̄scia cor
pali factoz generat et fouet. tam
talib? nō p̄ficiatur et ideo a talib?
remouet om̄ia transcēdens vt in
solo deo p̄ficiatur dicens cū ps.
Quid em michi est in celo et a te
quid volui sup terrā? (Cuz ergo
prandissent ac) hic istius tracta
tus incipit de argumentis glori
ose resurrectōis ps quinta in q̄
cū manifestacōne resurrectōis
cōfertur officū cure pastoralis.
Diuiditur autē hoc pars i duas
ptes **In** quarum p̄ma agitur de
collacōne potestatis. **In** secūda
autē om̄ium narratorum ostendi
tur immobilitas veritatis ibi: s̄

est discipulus ille ac: **Adhuc** p̄
ma s̄bdiuidit i quatuor **In** quarū
prima agitur de collacōne cure
pastoralis **In** secunda autem de
passione p̄ grege ibi: **Amē amē**
In tertia qualiter pastor sequi
habet vestigia summi pastoris
et redemptoris ibi: **Sequere me**
In quarta et vltima ostenditur
qualis est distinctō in sequendo
petri et iohannis ibi: **Conuersus**
petrus: **In** prima harum tria di
dicuntur temporis congruētia
eius cui pastoralis cura commit
tenda est. examinacō debita et
pastoralis cura commissa. **Dicit**
ergo: **Cum** ergo prandissent **In**
prandio enim querere noluit ne
de amicitia mense loqui videret
petrus qd de dilectōne sp̄s p̄didit
Ecclesiā. vi. Est amicus socius
mense et non p̄manet in tempo
tribulacōnis. **Adhuc** autem hoc
vltimo fecit vt arcus memorie
commendaret **Psal.** **Adhuc** autem
lingua mea faucib? meis si n̄ mei
nero tui **In** memoria enim pasto
ris gregem esse voluit p̄ quo tot
et tāta sustinuit. **hac** ergo de cau
sa post prandium (dixit symoni
petro ihesus) **Symonem** autē
vocat vt etiā prelatus obediē
deo se obligatum esse sciat. p̄ma
Petri quinto **Nō** vt dominātes
in clero sed forma facti gregis ex
animmo. **Petrū** autem dicit vt im
mobile in fidei veritate se eē debē

cognoscat **Matth. xvi.** sup hanc
 petra edificabo eccia meā (symō
 iobānis) hic ponitur eius cui cō
 mit tēda est cura pastoralis exai
 natio et nō examinat in scia. q̄a
 scienciā p spūsanctuz erat accep
 tur? sed examinat de dilectōne
 que est mēsurā vite et meritoꝝ et
 p̄miorū et causa fidelitatis ad gre
 gez **Trb?** autē viab? q̄ritur qz
 in dilectōe p̄ximi tria attēdunt
 quoz vnū est dilectōis feruor vt
 ardēt et ex zelo diligāt **Canti.**
viiij. Lampades eius lapades ig
 nis atqz flāmaz. secūdu autē ē
 discretio dilectōis vt discrete di
 ligat quis et ad quid et q̄liter est
 diligēdus et hoc ip̄si? dilectōnis
 nomē sonat. **Eccā. xxiiij.** Ego m̄
 pulchre dilectōnis et tioris et ag
 miciois et sancte spei. terciū est di
 lectōis ordo vt sciat quo ordine
 quēlibz de grege diligat **Cant.**
ij. Ordinauit in me caritatē. **pr.**
Coꝝ. xiiij. Oia s̄m ordinē fiant i
 vobis. simili in caritate tria sūt
 qz **Dei. viij.** **De?** ex toto corde ex
 tota mente et ex tota aīma p̄cipi
 tur diligē. hoc est ex tota cordis
 volūtate ne illiciat. ex tota mētis
 intēcōe ne decipiatur. ex omib? ai
 me viribus ne abstrahat diligē
Qd ei addit ex omib? anime vi
 rib? hoc idē est. qz vires sunt aīe
 ex qua tota diligē p̄cipimur. **Di**
 uidit autē hoc ps i tres itezroga
 cōes et in tres respōsiōes et tres

pastoralis cure inuētiōes. dicit
 ergo: symon iobis: hoc est fili io
 hānis qui interpretatur in quo ē
 grā qz tota dilectō fundari debz
 in grā et nichil h̄re debz in affai
 carnis **Mat. xvi.** **Stūs** es symō
 baryonavel iobāna qz caro et sā
 guis nō reuelauit tibi sed pater
 me? qui est in celis **Gal. p̄.** **Cōti**
 nue nō acquieui carni et sanguī.
p̄. Coꝝ. xv. **Grā** dei sū id quod sū
 et grā eius in me vacua non fuit
 (diligis me?) ex toto corde hoc ē
 ex tota voluntate ne illiciaris ab
 illecebrosis (pl? h̄is) alijs apo
 stolis et discipulis. sed cū hoc pe
 trus scire nō posset vtz pl? alijs
 diligeret videt frustra hoc dñs
 quesuisse. **Deo** ad hoc dicendū
 qz dñs h̄ac q̄stionē ad instructi
 onē fecit successorū vt scirent gre
 gem dñi nō debere cōmendari ei
 qui deum tm̄ diligit **Deo** potē
 eē inq̄rendū eū qui deum p̄cete
 ris diligit et hoc signatū ē **Nū.**
xvij. vbi aaron ideo cōstitut? ē sū
 mus sacerdos qz virga sui solius
 floruit et fronduit et fructū ptulit
 signans qz pastor singularis eē
 debz in rectitudine que p virgā
 singularis in scia instructōnis q
 p frōdes. singularis in fructu ope
 rū dulcissime ouerfacōis qz p fru
 ctū amigdali designt **Ad** h̄ ergo
 dicit: plus h̄is: et hoc dicit **Aug.**
 sic in dignitatib? ecciasticis non
 sufficiat instituē bonū vbi melior

possit inueniri In hac autē dile
ctōe intelligitur feruor deuocōis
p̄ximi **Luc. xxiiij.** Rōne cor n̄r̄m
ardēs erat in nobis de ih̄u dū lo
queret nobis in via. **Iher. xx.**
Fact? ē in corde meo quasi ignis
estuans claususq; in ossib; meis
a laborauī ferre nō sustinēs (**Di
c̄t ei**) petr? iam firm? vt petra nō
vacillans ad vocem acille (**Eciā
domine**) hoc est ita domine nō au
det petr? inuocare cōscienciā p̄pi
am in qua p̄us deceptus fuit sed
dñi d̄scienciā inuocat dicēs (**Tu
scis**) dñe (q̄ amo te) Ac si dicat
Tu nosti plus q̄ ego. **Act. p̄.** tu
dñe q̄ nosti corda singulor; ostē
de quē elegeris (**dic̄t ei**) ih̄s offi
cium pastorale d̄mittens. hoc at
ter facit quia trib; modis pasce
re debet. ex feruore enim dilectio
nis debet p̄bere virtutis exem
plum a hoc intendit hic quando
dic̄t (**Pasce agnos meos**) **Jo.
x.** Cum p̄rias oues eduxerit āte
eas vadit a oues illum sequūtur
(**dic̄t ei iterū**) q̄ non sufficiat de
um diligere a gregē feruēter di
ligere nisi etiā deū diligat tota
mente a gregē diligat discrete
a h̄ ē (**symon ioh̄anis**) vt obedi
enciā sua in grācia sit fūdata. **he
bre. xiiij.** Optimū est grācia stabi
lire cor (**diligis me?**) tō mētis in
tencōe ne decipiaris a gregem di
crete vt scias quid tibi distribu
ere debeas a quid eligendū vni

cuiq; p̄ponas a ideo oculi sponfi
cōmendant **Canticor. iij.** Ocu
li tui columbarum. discreti autē
colūbe oculi dicūt q̄ acapitrez
vndiq; venientem declinaē sc iūt
(**Ait illi etiam domine**) a inuo
cat testem ipsum qui conscius ē
secretorū (**Tu scis**) qui intero
ra cōsideras (**quia amo te**) discre
te a non decipior amplius **Canti
cor. quinto.** Dilectus meus candi
dus a rubicundus electus ex mi
libus. om̄ibus enim antepositus
a in grege suo nō nisi ipse diligi
tur (**dic̄t ei pasce oues meas**) pa
sce autem ex mentis sapientia do
ctrina a discretione vt to sacre p̄
dicacōis **Psal. P**auit eos in ino
cencia cor dis sui a intel. ma. a c̄.
(**dic̄t ei tercio**) vt ordinem dile
ctōis etiā expr̄m docet (**symo**)
obediens **Ioh̄anis. xiiij.** si quis
diligit me sermonem meum ser
uabit (**ioh̄anis**) vt in grācia na
tus a formatus sit **Ioh̄anis pri
mo** De plenitudine eius omnes
accepimus grāciam pro grācia.
(**amas me?**) Idē est hic amare
q̄ diligere a q̄rit de caritatis ordi
ne vt sciat q̄lib; in grege suo q̄
ordie sit diligendū aiaz sc; p̄ximi
pl? q̄ corp? tuū a corp? p̄xi plus
q̄ res tuas eē diligendū a hūc or
dinē tota aia a totis virib; eē te
nendū. **Cor. xiiij.** Ego libētissē
impēdam in sup a ego ipse impē
dar p̄ aiabus vestris **Phil. iij.**

Que michi fuerunt lucra hec arbitrius sum ut stercora (contra status est enim petrus quia dixit ei) dominus petro (tercio amas me) tumens quia aliquid de casu futuro iterum presciret de ipso (et dixit ei) petrus domino (domine tu omnia scis) **Deb. ii. q. i.** Quia nuda sunt oculis eius (tu scis) **Intima cordis considerans.** (quamo te) ante omnia secundum ordinem caritatis omnes vires meas ad te diligendum extendens ut michi de cetero de tua abstineret dilectione **Rō. viii.** Certus sum enim quod neque mors neque vita neque creatura aliqua poterit nos separare a caritate dei que est in christo ihesu (dicit ei) dominus petro (pascere oves meas) perfectos qui sunt oves spiritualia illis ministrando et hoc sufficit per **Cor. ii.** sapientiam loquimur imperfectos **Dupliciter** autem mittit agnos pascendos hoc est puulos et inter perfectos ut illi et spiritualibus et temporalibus quantum ecclesie facultates permittunt pascantur **Ysa. xl.** In brachio suo congregabit agnos pascendos hoc est in virtute et in sinu suo leuabit. hoc est in solacio temporalis fouebit (**Amē amen dico tibi**) hic tangit qualiter pastor boni pastoris formam tenens pro grege debet animam ponere. **Et tangit duo** In quorum primo hoc quod dictum est sub methaphora determinat. In secundo euangelista methaphora explanat ibi: hoc autem

dixit: In primo duo dicit scilicet iuuentutis lasciuia et senectutis restrictione. dicit ergo: **Amē amē:** dupliciter confirmat. quia et diuina predictio que sunt contra carnis voluptatem et futura que secundum inferiores causas nullam habent certitudinem ut credantur et contra carnis voluptatem et contra presentium mobilitatem **Math. xxiii.** Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt. ac si dicat. **Dicit tibi facta predictio negationem que tripliciter confessione dilectionis purgata est.** ita nunc predictio tibi ea que pro me confitens et non negans sustinebis **Aug. 2.** Ille negator presumendo elatus. negando prostratus. flendo purgatus. confitendo probatus. paciendo est coronatus. dicit ergo (**cum es iunior**) non tam etate quam iesu et virtutis imbecillitate qua me negasti. sic enim dicitur in primo ethi cor. **Nō differt etate vel moribus puerilis.** non enim ab etate sed a passione defectio est. **Ysa. ii.** senectus venerabilis est non diuturna nec numero annorum computata **Cam** enim sunt sensus hominis et e. se. m. m. **Dan. xii.** sede in medio nostrum tibi enim dedit deus honorem senectutis **Cum** ergo sic sensu et imbecillitate: es iunior: per **Cor. xii.** **Cum** enim puulus loquar ut puulus cogitabam ut puulus sapiebam ut puulus (angebatur te) hoc dicitio vocatur concupiscentiarum et voluptatum

ligatio sicut **A**risto inducens hōe
rū in septio ethicoꝝ dicit q̄ āgu
lum venenis furatur mentē valde
sapiētū **O**zee-x. ligavit eum spi
ritus in alis suis **G**lō. exponit de
spiritu fornicacōis qui ligat ad
cōcupiscēdas carnis et ideo a li
gādo dicit lex membꝝ **R**ō. vii.
Video aliā legē in membris me
is repugnantē legi mentis mee et
captivātem me in lege p̄cti que
est i mēbris meis. hoc ergo āgu
lo lascivie que mulieribꝝ petulā
tibus impropatur **P**sa. iij. **C**in
gebas te ad carnis illecebras et
mundi vaitates (et ambulabas
vbi volebas) sc̄dm carnis deside
ria ibunt in adinueniētibꝝ su
is et ex tali illicito amore vite car
nalis me veritatem negasti **E**cc̄.
x. viij. **P**ost cōcupiscēdas tuas
non eas et a voluntate tua auer
tere. **S**i enim prestes anime cō
cupiscēdas suas. faciet te i gau
dium inimicis tuis (Cum autē
senueris) non tam etate q̄ sēsus
maturitate et virtutis stabilitate
sicut iam confessione tua demon
strasti **J**ob. xij. **I**n antiquis est
sapiēcia et in multo tempore pru
dēcia (extēdes manus tuas)
tortori ad ligandum quas ante
intus ligavit timor domini ne ex
tendantur ad illicita **P**saie. xlv.
Vindicta manibꝝ p̄gent te q̄ adōā
bunt et te deprecabuntur **P**salmi
sta **A**d alligandos reges eorum

in cōpedibus et nobiles eorum in
manibꝝ ferreis. **M**embra enim
domat veritatis alligatio ne efflu
ant ad illicita (Et alius te āgꝝ)
tortor videlicet trahens ad sup
plicia **A**ctū duodecimo. **E**rat pe
trus dormiens vinctus catēnis
duabus **P**saie. xxv. **D**ure ligati
sunt (et ducet) hoc est violenter
trahet **T**renoz. iij. **C**eruiābꝝ mi
nabatur lassus non dabatur reā
es. **S**ic ergo ducet (quo tu non
vis) quia mori omnibus mole
stum est sc̄dm nature voluntatez
q̄uis martiribus precōsum h̄mi
racōem qua grācie et veritati et le
gi consentiunt. vnde **A**ugustinꝝ
Petrus nolens ad mortem vit
volens autem mortem vit et re
liquit humane infirmitatis affe
ctum naturalem quo nemo vult
mori vsqꝝ adeo q̄ cū beato petro
nec senectus auferri poterit **V**n
de et in domino hic fuit demōstra
tus affectus cum dixit **M**athei. x.
xvi. **P**ater si fieri potest transeat
a me calix iste et paulo post **S**pi
ritus quidē promptꝝ est caro au
tē infirma (hoc autē dixit) v̄bū
est euāgeliste exponentis ea que
p̄ methasora dicta sūt. dixit ego
hoc dominus (significans) sub
vinculorum et āngulorum simili
tudie (qua morte) hoc est quali
genere mortis (essꝝ) petrus (deū
clarificatur?) quia sicut ne āge
retur vinculis cū domino cristuz

obscurauit in cordib? audien? negacōne ita extendendo man? in simili cruce sicut crist? glorifica bit cristū p exemplū cōstātevir tutis in cōfessione crucifigēdum tortorū. **Phil. ij.** Magnificabit crist? in corpore meo siue pvitā si ue per mortē. q̄uis enim crist? non clarificet in se ab hominib? infidelib? tamen clarificat continue p exemplū paciēcie sanctorū hoc est ergo qd̄ dicit (Et cū hec dixisset) ih̄sus petro Et tangit hic tercio q̄liter pastor debet sequi vestigia sūmī pastoris et redēptoris et iō (dicit ei) hoc est petro. **Rō** qui dem soli sed figūter p̄ alijs qz ip se pre omib? pro grege debet animā ponere. h̄ est qd̄ dicit (seque re me) prime **Pet. iij.** Xps̄ pas sus est p̄ nobis vobis relinques exemplū vt se q̄mim vestigia ei? p̄. **Cor. xi.** Imitatoēs mei estote filij sicut et ego xpi. **Matth. xvij.** Si q̄s vult venire post me abne get semetipm̄ et tollat crucē suā et seq̄tur me **Heb. x.** Exeam? ad eū impropēriū eius portātes (Cō uersus petrus vidit ac.) **Hic** q̄r to et vltimo tangit q̄lis est discre cio in sequēdo cristū. **Diuidit** au tē hec ps̄ in duas ptes. **In** quaz p̄ma oñditur discrecio. **In** scd̄a ostēditur occasionati erroris cor rectō ibi. **Exiuit** ergo sermo. **In** p̄ma haz tria dicuntur iohānis cōmendacio petri q̄liter sequi de

beret iohānes inq̄siōe ibi. hūc ego cū vidissent **Et** dñi ad inter rogacōem petri r̄spōsio. ibi dicit ei ih̄sus sic cū volo manē ac. **In** prima dicuntur q̄tuor scz ouersio petri ad iohānem scdm̄ respectū et triplex iohānis cōmendacio. **In** speciali dilectōe in ea que fuit in cena in sinū cristi reclinacōe. **In** special̄ ausus familiaritate. **Dicit** ego cōuersus petrus qz vultū di rexerat ad dñm et tūc torquebat ad demōstracōem iohānis vidit oculos dirigēs ad iohānez. **secū di Re. xxv.** **Donā** oculos meos sup eum. dicit enī **Crisostom?** qz valde diligebat petr? iohānem et audiēs tam magni amoris in dicia a dño qz videlicz simili gene re mortis secutur? essz dñm quo dñs p̄cesserat petrū cupiebat tā magnorū munerū iohānem ha bere sociū et ideo direxit oculos ad ipm̄ et vidit (illū discipulū quez diligebat ih̄sus). **Eccē** cōmēda cio iohānis prima. dilexit autē siue propter castitatis p̄uilegiū vt dicit **Crisostom?** et **Bedā** siue propter sibi ingemītā mansuetu dinē vt dicit **Crisostom?** siue qz viceuersa cristuz ipse dilexit. vt dicit **Augustin?** et de hoc satis su per prologū **Jeronimi** sup hunc librū a nobis dictū est. **Ampli?** autē ibi determinatū est qualif plus dilexit iohānem et qualif plus petrū et ibi requiatur. **Hūc**

ergo cum videret petrus (sequē
tem) Secūda commendatio ab
imitacōne qui secutus est māda
ta consilia et exempla domini Da
niel tercio. Sequimur te in to
to corde nostro Mathei decimo se
ptimo. Ecce nos reliquimus
omnia et secuti sumus te (Qui
et recubuit in cena supra pectus
eius) sicut supra decimotercō ca
pitulo expositum est vbi sicut di
cit Beda Fluenta euangelij ab
ipso sacro dominici pectoris fōte
pre ceteris alcius potavit. quia si
cut dicitur Col. secundo. In ipso
sunt omnes thesauri sapientie et
sciencie dei absconditi et de omib?
hijis supra multa dicta sunt (Et
dixit) iohānes domino. et est ter
cia commendatio quia familiari
orem ausum habuit ad interro
gandum dominū Dixit ergo int
rogando (Domine quis est qui
te tradet) et hoc ipsum inuit ei pe
trus sicut supra decimo quarto ē
expositum (hunc ergo) redit hic
ad ponendum petri questionem
dicens: hunc ergo talem et tantū
dilectum coapostolum (Cum vi
disset petrus) quia princeps erat
aliorum et iam curam incepit hā
bere in cōmissis (dixit ad ihesū)
volens illuminacōem accipere de
sequela carorum suorum (domine)
in cuius dicōne cuncta sunt posi
ta. quia nosti omnia ante q̄ fiat
Sapientie. xv. Tu es domine q̄

mortis et vite habes potestatem
et imperium (hic autem quid?)
quēvt meipsum diligo q̄d supple
paciētuz in quo est te clarificatu
rus (Dicit ei ihesus) Illuminās
dubitacōem et arguens curiosita
tem et precipiens insecucionem.
De primo dicit (Hic eum volo
manere) austodiens a persecuto
ris passione que inferat mortem
Mathei. vice simo septimo Sunt
de hic stantibus qui non gusta
bunt mortem donec videant filiū
hominis in regno suo (donec ve
iam) Quidam autem propter h̄
dixerunt iohannem non esse mor
tuum. sed vsqz ad diem nouissi
mum victuruz et in sepulchro dor
mientem donec veniet cristus ex
citans eum quod fabula est. q̄a
cristus tam dilectum sibi aposto
lum non tam diu hoc est toto tē
pore vsqz ad extremum iudiciuz
suspenderet a sui visione et fruid
one. Hij autem qui hanc opini
oneim inducunt non habent ali
quid rationis propter quam di
cant hoc quod dicunt. nisi quia
fabulantur q̄ terra et puluis in
superficie sepulchri ipsius moue
ri videtur. Dicit si spiritu alicui
ius spirantis suffletur et hoc ego
puto esse fabulam. Ideo alij di
cunt q̄ reuera mortuus est iohā
nes. sed non per martirium. sed
q̄ statim post mortem surrexit et
cum corpore et anima translatus

ad locum beatorū. Et hi accipiunt argumentū opinionis sue. qz in sepulchro a? non inuenit sed de funto sepulchri dicunt qz manna scaturit et ebullit in signū eius qd populuz dū viueret celesti pane pavit. **A**dhuc autem dicunt qz nō est credibile qz corp? tam dilecti apostoli deus sine ueneracione in celo in terra reliquerit et auz non inueniatur in terra ad uenerandum. pium est credere qz in celo beata vita et immortalitate sit uelutū. **A**dducunt autē ad sue opinionis assercionem qz sicut pium est credere qz corpus quod unitum est cum diuinitate ē in gloria resurrectionis ita et corpus unde corpus xpi assumptū est quod est beatissime uirginis sit in gloria sicut dicit **A**ugustinus ita pium est credere qz corp? eius qui corpus quod templū dei fuit custodiuit sit in gloria uelutū resurrectionis. **C**ustos autem tēpli dei fuit iohannes apostolus. **T**ercij terciam ferunt opinionē que est **I**eronimi dicentis qz iohānes mortuus est sed ita fuit a dolore mortis extrane? sicut a concupiscencia carnis inuenitur alien?. **Q**uid autē de corpe eius factū sit et ubi repositū uel an resurrexit nouit sol? ille qui cognitor est secretorum. sic ergo dicit: sic eum uolo manere: qz persecutois supplicium eum ab hac uita non

preadat. qz et si uenenum bibet non nocuit **M**arc. ult. **E**t si mortiferum quid biberint nō eos nocēbit **S**apiencie. iij. **N**on tangz illos tormentum malicie et si aliquid aliud passus fuit ad penā mortis non cruciabit. **E**t ideo dicit **D**yonisi? ariopagita ad iohānem apostolū **D**ic absit a me ut dicam uos aliquid pati sed et ipsas corporis passiones sicut soluz scire ipsas experiri. **E**t ideo passiones persecutorum quas sustulit dolorem qui rationem angustaret uel animā tolleret non in euz incederunt: donec ueniam: uel in seculi consumacione sicut aliquos uel in morte et hoc est probabili? **U**nde legitur in uita sua qz in ultima senectute apparuit ei dominus dicens. **V**eni dilecte mi qz tepus est cum fratribus tuis mecum epuleris et ipse respondit **I**nuitatus ad epulas tuas letus uenio gratias agens quia me dignatus es ad epulas tuas iuitae et tunc descendit in defossū sue sepulture locum et resolutus per mortem migravit ad dominum sicut in prologo istius libri a nobis est expositum. **E**t ideo dicit: sic eum uolo manere donec ueniam: et hec est illuminacio questionis quaz quesuit petrus (qd ad te?) **E**cce redargucio curiositatis. **C**uriositas enim est inuestigacio supflua rerum ad nos

non pertinentium **Eccā-tercō** In pluribus operibus eius ne fuis curiosus. h̄que precepit tibi h̄ cogita semp (**Tu me sequē**). quia hoc ad te pertinet **Math- decimo quinto**. Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me (**Exiit ego sermo iste int̄ fr̄es**) hic tangitur correctio erroris et t̄gūtur hic duo scilicet error et erroris correctō. De errore dicit: Exiit ergo per narracōez vnius ad alterez exiit in publicum inter fratres. **Job-iiiij**. Conceptum sermōem te- q̄s pote ē **Psal- Veloater currit sermo eius** (q̄ discipul⁹ ille) a cristo et petro dilectus (nō moritur) quia in isto intellectu sermo recitabatur qui tamen fuit erroneus **Et ideo-ij**. **Thimo-ij** dicit paulus discipulo suo intellige q̄ dico. dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum **Daniel-x** intellexi sermonem. est enim opus intelligētia in visione **Isti autē fuerunt de quibus dixit domin⁹** **Math-xvi**. **Adhuc et vos sine intellectu estis et nō dixit hoc est erroris correctio** (**Et non dixit ibesus**) et hoc est petro (nō moriet) quia sententia mortis in omnes in originali peccato natos prolata est **Gen-secūdo** Quacūqz die comederitis ex eo morte moriemini **Item tercō** **Tertia es et in terrā ibis**. **Psal- Quis est homo qui vi-**

uit et non videbit mortem: eruet animam suā de manu inferi. **Ecclesiasticā-ix**. **Nemo est qui sepep viuat-ij**. **Regū-xiiij** **En omnes morimur et quasi aque dilabimur in terram** (**Deed**) dixit (sic euz volo manere) a dolore p̄secutoris alienum (donec veniaz) vocando eū per resolucōem naturalem ad celū **Job-xv-ij**. **Vocabis me et ego respondebo tibi operi manū tuarum porrige dexterā** (**Quid ad te?**) **Remissive legendum est q̄a recitat hoc quod ante dixit Rō-xi**. **O homo tu quis es qui respondeas deo nunquid dicit figmētū ei qui se finxit quid fecisti me sic? an non habet potestatem figul⁹ lutū** **Eccā-iiij**. **Alciora te ne queheris et forciora te ne scrutat? fuis sed q̄ p̄cepit tibi de? hoc cogita sepe**. **Eccā-xvi** plurima ei⁹ opa sunt in absconditis (hic est discipul⁹ ille) hic ultimo omnia eoz q̄ dicta sūt inducit cōfirmacōez dicit autēz duo dictozū in veritate cōfirmacionez et intellect⁹ in dictis altitudinem. **In primo** horum dicit q̄ tuoz scribentis autoritatem scripture certitudinem scriptorum perpetuitatem et eoz que scripta sunt veritatez dicit ergo. hic est discipul⁹ ille: hic in q̄ tā dilectus ut specialit̄ dilcūs vocet et ido nil est ab eo absconditū **Jo-xvi** vos dixi amicos meos qz omnia q̄cūqz audiui a patre meo nota feci vob-

hic in q̄ qui in pectore recumbēs
 secreta pectoris dñi perlustruit
Sapient. septio. **O**mmiū artifex
 docuit me sapienciam. est enī in
 illa spirit? intelligencie sanctus.
 hic in q̄ qui per omnia vsq; ad
 mortē secutus est. **E**t ideo vidit
 omnia o caulta fide. p̄. **J**ohan. p̄
 mo. **Q**d vidimus qd̄ audiūm?
 qd̄ man? nostre contrectauerūt
 de verbo vite hoc ānunciam? v̄
 his. hic iterum qui ausu familia
 ri de omnib? audebat interroga
 re **J**ob p̄mo. **E**cce hoc ita vt inue
 stigam? ita est qd̄ auditum men
 te p̄tracta. hic ergo est discipul?
 ille: sūmī magistri disciplinis ī
 stitutus a p̄fect? **J**oh. viij. **S**i
 manseritis in sermōe meo vere
 discipuli mei eritis a cognoscetis
 veritatem a veritas liberabit vos
 a sic a magistro veritatis cogno
 scens veritatem autoritate magi
 stri describit. psal. **L**ingua mea
 calam? scribe. **I**lle enī verus est
 discipul? p̄ cui? linguā sicut p̄ ca
 lamū verba mgrī describūtur a
 q̄cquid dicit habz veritatem hic
 ergo est discipul? ille (qui testio
 nium p̄hibet de hīs) **E**cce certi
 tudo gestoz quia testimonio tā
 autentiā discipuli cōfirmata sūt
Heb. ij. **A**b hīs qui audierūt
 in nos cōfirmata sunt. hec conte
 stante deo signis a prodigijs et
 varijs virtutibus a spiritussan
 cti distribuōnibus s̄m suāz v̄

lūtate **H**is ergo autor certifica
 uit quod scripsit. quia miracul
 que ostendit omnia testificat? est
 in eodem spiritu conscripta **C**ui?
 virtute gesta sunt a magistro ve
 ritatis. ps. **T**estimoia tua credi
 bilia scā sunt nimis ac̄ (**E**t scrip
 sit hec) ad gestoz perpetuitatez.
 vñ dicit **M**axim? ep̄us. **N**ichil
 aliud est autoritas q̄ racois rep
 ta veritas ad vtilitatem posterita
 tis scripto commendata **I**saie.
 viij. **P**ume tibi librum grandez
 hoc est grandia continentem et
 scribe in eo stilo hominis hoc est
 ad hominis intellectum a vtilita
 tem **A**baē. secūdo. **S**cribe visū
 a exara eum super tabulas vt per
 currat qui legeit (a scimus) om
 nes (quia verum est testimonū
 eius) quia ab omnibus est ap
 probata a compta scriptorum ve
 ritas. vnde **C**risostom? qui mul
 ta certitudine scripsit nō refutat
 testimonium suiipsi? in mediuz
 ferre prouocans vñquēq; exa
 minare a scrutari que dicta sunt
Confuetudo enim nobis est auz
 valde vera dicimus neq; nostrū
 in talibus testimonū denegare.
Actu. q̄nto **N**os testes sum? om
 nium verborum horum **I**tem q̄
 to **V**irtute magna reddebāt apo
 stoli testimonium resurrectōis
 domini nostri ihesu xpi a gracia
 magna erat in omnib? illis (sūt
 autem a alia multa) **H**ic tangit

scriptorum altitudinem scdm in
tellectus capacitatem **T**angit at
hic tria factorum pluralitatem
scribendi impossibilitatem qd hinc
intellectum onem excedunt capa
citatem. dicit ergo: **D**unt q alia
multa: in multitudine incompre
hensibili existenciam **E**cclēstia
primo. **A**renam maris quis di
mensus est. q dat similitudine
ad ea que facta sunt per sapienci
am diuinam tam in mentibus
q in cordibus tam in xpi cogita
tionibus q affectibus q rationibus
q factis q dictis que multitudinē
arene maris superat (q fecit ihs)
in se q in alijs taz actibus cordis
q oris q operis (que si scribantur
per singula) **T**angit scribēdi im
possibilitatem. quia si per singu
la scribantur oportet q ab eter
no cognita q in tempe a sapiēcia
dei dicta vel facta describē quod
est impossibile. vnde dicitur **D**a
niel. xij. **T**u autē daniel claudē
sermōnes q signa libri vsqz i
tempus statutum illud scz eter
nitatis tempus quo ista in celo
in facie dei leguntur q reuelabun
tur. quia ibi patebunt q̄tum ea
sapiēcia per seipsam ostendere
dignabitur (nec ipsum arbitror
mundū capere) hoc est mundi ca
pacitatē nō (posse) sufficē ad de
scribēd facta verbi q rationes. qz

si super quēlibet pūdū cuiuslibz
creature scribatur ratio sapiēcie
In qua factū est: mille milia pū
ctorum non continebunt quod
scribendum erat super vnum. et
sic mille milia mundorum non ca
pient (eos qui scribendi sunt li
bros) de vno mundo q adhuc re
manebit scribendum infinitum
pelagus **D**e diuinitate verbi om
nia illa facientis **E**cclēstias vltio
His aplius fili mi ne requiras
faciendi enim libros plures non
est finis. q hoc ē quod dicit: eos
qui scribendi sunt libros: **H**oc
tamen quidam non referunt ad
facta gesta a cristo. sed ad capa
citatem spiritualis intelligēcie
quam mundus non potest cape
re profunditate misteriorū. vñ
de **A**ugustinus **N**os scientes q
intelligēcia nostra non caperet
de cristo que scribi possent. **C**ure
mus recta fide credere q intelli
gere que scripsit recta operatione
exercendo implere que docuit vt
ad dona sempiterna perueire va
leamus que dominus promisit.
Hec autem iohannes ipē in tan
ta altitudine posuit vt studendi
desiderium excitet q querendi sa
cramenta misterij q verbi incar
nati **I**n omnibus feruorem attē
dat. ps. **Q**uerite dominū q cōfir
mamini querite faciē eius seper.

Sic enim ut dicit Richardus de
 sancto victore et corda nostra li-
 bri sapientie efficiuntur. In quibus
 verbum cum suis sacramentis de-
 scribitur et spiritus sapientie se in nos
 transfert. **Cap. vii.** Per nationes
 in animas sanctas se transfert.
 amicos dei et prophetas constituit.
 neminem enim diligit deus nisi qui
 hoc modo cum sapientia dei inhi-
 tat. Conemur ergo pulsare et que-
 rere quod tunc aperietur fons myste-
 riorum. **Ecc. p.** Fons sapientie verbum
 patris in excelsis. Ad hoc autem mysti-
 ca nobis viam sapientie spiritus
 aperiat qui cum patre verbi et ip-
 so verbo deus trinus et unus regnat.
 Per omnia secula seculorum. Amen.:

**Postilla in euangelium beati
 Johis venerabilis domini Alberti
 magni. Explicit feliciter.:**



